

Quem totus ether capere
Nequit et orbis claudere,
Ingressus claustra virginis
Assumpsit formam hominis.
Cuius processit utero,
Manente tamen integro,
Ceus sponsus ovans thalamo¹.
Cēlestis hinc exercitus
Letis exultat vocibus,
Cum quibus et nos sedulo
Benedicamus Domino.
Qui cēli super ardua
Sedens gubernat omnia,
Materna^a lacte pascitur
Et in presepe ponitur.
Quo signo iubet angelus
Tum temporis insontibus
Querendum hunc pastoribus.
Qui transeuntes Bethleem
Natum viderunt principem,
Quo adorato plurimas
Dant redeuntes gratias.

a) So Hs.

1) Vgl. Ps. 18, 6.
